Omnia scripturae subiecta sunt, et ad eam velut ad lapidem lydium exaigenda.
Non omnes Ecclesiae uni sive Papae, sive Lutdero subijciendae. Neq. ulli damnandi, quibus ne
alijs gratiam Deus conferre voluit.
Reformatio operari non potest, nisi sublata omnino Idolatria Papistica.
Reformatio non committenda Mediatoribus. . . . et similibus intermissis. sed ijs qui in
Hebrai omnem papisticum fermentum è medio tollant, neq. latum vorum à verbo Dei eradent

Additio ad §. Ne vero quisquam. fo. 13. sequens declar.

praeter mandata praesenti Recessui incorporitur.

Et praeterea singuli Capitanij, prout ipsis commodum fuerit, semel, bis, aut eo amplius, quemadmodum vel necessitas, vel utilitas postulabit, et quoties ab uno vel pluribus, rationem sui circuli requisitus fuerit in Vagabundos Milites statutam poenam exequantur.

Et dictus Capitaneus proximos duos circulos sui illius instituti admoneat, uti, et ab ipsis commodo tempore huiusmodi militum executio fiat. Atq. ita finium communis et exacta cura labeatur.

Additio ad §. Ut etiam fo: 14.

Quod si vero notorium fuerit unum, aut plures Circulorum Praefectos huiusmodi Vagabundis Militibus favorem praestare, atq. eorum se facinorum quoquomodo participes facere; ut eo casu, cuiuis praefecto, vel circuli Cap.eo bona sub ipso situ occupare liceat, nulla expectata sententia iudicis. Quod si vero dari supra vires eius fuerint; negotium ad supremam circuli Praefectum cuius. Assistentiae referre debebit. atq. ita dimum communibus viribus, negotium aggredietur et exequitur.

Bona etiam huiusmodi Transgressori pacis laesae, usq. ad damni restitutionem tradantur possidenda. Quod si vero interea negotium inter partes compositum fuerit, non tamen occupata bona priusquam Reus cum Magistratibus dicti Circuli, de expensis in occupandis bonis factis transegerit. Hilil. tamen in propriis iuris et feudalibus bonis, qui constitutio pacis publicae debebit.

Ad §. Cum itaque. fol. 15. addatur.

Si dinceps in Sa: Imp. contigerit, ut aliquis in notorio crimine diligenti in instanti facta persecutione comprehensus fuerit, liceat parti laesae imponis eius Magistratus sub cuius Jurisdictione Reus comprehensus fuerit iuxta constitutionem, accusationem instituere. Neq. potuerit Actor ad aliam cautelam quam pro expensis litis, si falso eo actionem intendisse reportus fuerit, in quo accusationis et eius circumstantiarum ratio habari debebit compilli. Quod si vero e contra eius Actorem iterum communiri voluerit Actor, se se coram huo Judice ordinario litare debebit.

Si vero primus Actor suspectum Judicium habuerit; revisionem sententiae ab eius circuli Principib.